Quæstio medica Quodlibetariis disputationibus exagitanda In Schol. Medicorum die Jovis 18a februarii.

D. Petro Collier D. M. Moderatore sapientissimo.

An fluentium præter naturam hæmorrhoidum vena relinquenda?

Dum natura opus suum tuetur et conservat, sanguinem ad corporis functiones calidiorem et crassiorem: ad alias tenuiorem frigidioremque; et ad alendum non eundem tamen ex similibus et ab eodem calore non solum in intestinis et corporis habitu elaborat, sed in hepate præcipue (cui lien et ad juvandam quoque ventriculi concoctionem voluti succenturiatus accessit) quantum potest perficit. Unde portionem quam nec per hæmorrhoidas, nec alia via ex instituto suo vacuare nequeat, reparandas venas quæ deperdita est utilem retinet, et alteram quæ est inutilis sordidam; ut mox in certa, definitaque loca, non commodo in alia tum recipiatur tum per alia foras excludatur.

Illud institutum et corporis nutritionem omni ætati et corporis statui necessariam multa intercurrebant: venæ fluor immodicus, vomitus facultatis naturalis actio cynicum exhalandæ crapulæ remedium, bacchantibus non interdicendum; diarrhœa, vomitus et purgatio sistenda, tenuioris per superiora, crassioris per inferiora fluentis sanguinis non bona occasio, menstrui quoque, qui plurimus est gracili, paucior præpingui mulieri; fluxus immoderatus seminis feminini calidi à cerebro corde et hepate decidui, excrementi non nominandarum, corde tamen præsidendarum partium, haud pari utrinque, secus cum voluptatis titillatione ipsius ejaculantium nimia profusio, per vulnus, aut tuberum ulcus excitatum utilis et superfluorum derivata vacuatio.

Verum hæmorrhoides quæ succum laudabilem fundunt, aliæ magis, aliæ minus coctum seorsum, atque dilutiorem, siccum sive crudiorem (cujus excretio mala est) raro tamen sanguine feculento liberum expurgant, qui si diutius in eo contineatur tumoris contumaciam, interiorum difficultate aliquando terminandam parit. Si in cutem erumpat varias pustulas (quarum latæ sunt deteriores) aut elephantiasin, alibi ve tumore erumpat. Si in mesenterio morborum multorum foco delitescat, cacochymiam purgationi haud facile cedentem gignit. Sæpe etiam mammas (quarum magnas parvis, firmas et solidas duris aut laxis magis laudandas) cum periculo cancri obsidet, in cerebrumque venas relegari solet. In externa vero ani vasa repleta præsentiori nullo alio fræno edomitus tutius deponitur humor ille offendens, quam ad præcordia mox ægro recurrens residiæ, cerebrum petat, totamque sanguinis massam conturbet, et inficiat.

Huius impurioris succi crassiorisque copiam parium esse adducas, corporis temperies frigida, pars ani regio victus ratio alimenta suppressa vacuatio liberius ingenuum membri soliditas, et nullo fungentis ministerio hepatis imbecillitas, atque intemperies. Illius vero fluxum innatæ gravantium quas in fundum à splenico ramo, aut ab illius deportari quantur laxitas venularum; quo in juvenibus (qui ... vocati ... humore melancholico non solum esse vacui) muliebribus lasciviaque viduis ac minime profossatis solet amandari. Cum auget pars doloris, et in venas coacta bilis, sordidaque ministra; tuberculas in modum attrahens dolor cujus acerbitatem vocat hæmorrhoides annexam habent maximam. In quibus ex in exasperatis etiam venis egerendi difficultas, assidendi labor, pudor, ac tumor exprimitur, offenditurque; non confusa cum naturali alvi fœtida quasi fœtura sanies.

Sed quoniam dolor ani acerrimo sensu præditi, et sanguinis per diuturnas venas fluor corpus frigidius reddit, vires exolutio fatiscit, color fœdatur buxeus, dolor lenitionibus est leniendus, narcoticis nunquam fallendus, fluor alvo cedat venas sectione, et vinculis cohibendus. Contra tumescenda in malleolis vena est, frictionibus crurumque asperioribus verendum, et cucurbitulis admotis partibus imis, acribus autem et anastomoticis locis excitanda est si retinentur hæmorrhoides. Quarum fluxio vel modica vitam miseram facit, miseriorem suppressio, miserrimam et brevissimam nimia profusio.

Est ergo fluentium præter naturam hæmorrhoidum vena relinquenda.

Asserebat Joannes Girard Lingonensis. 1574.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Dom. Doct. Disputaturi.

M. Euuetrius Arragon. M. Yvo Marchand. M. Claudius Rousselet.
M. Lazarus Ghenot. M. Guillelmus de Boissy. M. Claudius Bailli.
M. Martinus Girard. M. Bartholomæus Passart. M. Stephanus Gourmelen.